Dissertatio medica inauguralis de nupera febris continuae disciplina ... / eruditorum examini subjicit Gulielmus Reid.

Contributors

Reid, William, active 1824-1839. Woodforde, James Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebat P. Neill, 1824.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/m6y4mp6u

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org





DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

NUPERA FEBRIS CONTINUÆ DISCIPLINA;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE, EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI, D. GEORGII BAIRD, SS. T. P. ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI:

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

GULIELMUS REID,

Scotus,

VALETUDINARII APUD QUEENSBERRY HOUSE NUPER SUB-PREFECTUS MEDICUS.

IV. Nonas Augusti, horâ locoque solitis.


" It requires half a century at least to destroy the bloom of novelty, which deludes when a new remedy is recommended."-Fordycr.

"Non nova quæram, non eruditorum lites dijudicare ausim, obscura vix sperem illustrare; tantummodo ex locis clarioribus probabilia colligere, eaque quæ mihi videntur aliquo rationis fundamento niti, non quasi comperta ac plane percepta, sed in opinione posita proponere." Lowth.

EDINBURGI:

EXCUDEBAT P. NEILL.

MDCCCXX1V.



VIRO

AMPLISSIMO ET SPECTATISSIMO,

GULIELMO RAE,

DE "ST CATHERINE'S,"

EQUITI AURATO,

REGIO APUD SCOTOS ADVOCATO,

SENATORI INTEGERRIMO,

OMNI VITÆ DECORE

HUMANISSIME EXCULTO,

HOC OPUSCULUM,

EA, QUA PAR EST, OBSERVANTIA,

DICATUM

VULT

GULIELMUS REID.

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

NUPERA FEBRIS CONTINUÉ DISCIPLINA,

Auctore GrEARELMO REED. TO.

Urcunaur medici tot retro secula, qua potissimum rationo febres possent depellere, summe, studio quæsivere, nullam adhue medendi viam fundamento adeo stabili innixam inierunt, quin multæ atque graves quæstiones, suis vexatæ dubiis, etiamnum supersint expediendæ. Inter recentiores præterea, medici hene multi, iidemque peritissimi, febrem pestiferan haud ita pridem late sævientem sæpius Mendi versioned navi dubi operam impense collocature; et same hum dubit,

hemente

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

NUPERA FEBRIS CONTINUÆ DISCIPLINA.

Auctore GULIELMO REID.

UTCUNQUE medici tot retro secula, qua potissimum ratione febres possent depellere, summo studio quæsivere, nullam adhuc medendi viam fundamento adeo stabili innixam inierunt, quin multæ atque graves quæstiones, suis vexatæ dubiis, etiamnum supersint expediendæ. Inter recentiores præterea, medici bene multi, iidemque peritissimi, febrem pestiferam haud ita pridem late sævientem sæpius videndi occasionem nacti, huc operam impense collocarunt; et sane multa, quæ

perpendi mercantur, digna, in medium protulere. Horum itaque sententias haud leviter discrepantes, de re certe gravissima et simul perdifficili, hujus erit opusculi, ea qua par est diffidentia, ra sponte consolidantur, et anshnequetmitammuz Nemo certe negaverit, quin intima febrium indoles accuratius perspecta, nos ad feliciorem curandi rationem demum perduceret; hoc autem assequi nemini adhuc contigit, dum interea damna, quæ medicinæ intulerint indagationes nimis reconditæ de morborum natura hucusque susceptæ, quippe quæ mentem a rebus evidentioribus ac apertis ad ficta quædam et commentitia male avocent, omnes in veterum monumentis vel leviter versati probe agnoscunt et lugent. Nec magis dira febrium quam opinionum terris incubuit cohors, adeo plectuntur homines quandocunque medici quidlibet fingendi temere abutuntur liceat, qua sublata, teta symptomatum serie sitnes

Sententiæ de materie nociva, quæ vel expelli, vel concoqui deberet, et perversa medendi ratio inde profecta, jam diu est quod obsoleverint; quæstio tamen de motibus quos natura in febribus instituat, prout in salutem cedant, mortemve afferant, obscura sane et perdifficilis, medicos sagacissimos frustra ut plurimum exercuit, et exercere perstat. Corpori insitam esse vim quandam rectricem, qua salutem suam tueatur, cumque morbis ineat certamen, nemo est quin fateatur. Hinc vulnera sponte consolidantur, et nocitura extrinsecus illata, motibus in hunc finem concitatis, e corpore amoventur. Hi tamen motus sæpe abnormes facti a scopo prorsus aberrant, gravissimis morbi ipsius symptomatis denuo originem daturi. Hinc hujusmodi motibus, quando ferocientibus frenum injicere, quando languentibus stimulum dare convenit, summa medici peritia sæpe opus est ut discernat ; adeo difficile est statuere, quid morbi, quid naturæ, viribus contra repugnantibus sit tribuendum, ut certo sciat medicus quando strenue rem agere, quando otiosum naturæ spectatorem semet præbere debeat. Quidam certe morbi adeo simplices deprehenduntur, ut causam ponere liceat, qua sublata, tota symptomatum series illico conquiescat : hoc tamen de febribus imprimis, et sane de multis aliis morbis, nequaquam verum est; multiplex enim vitium, et variæ corporis actiones, simul præter naturæ ordinem aut incitatæ, aut languidæ, aut in perversum actæ, legem adeo simplicem omnino respuunt. Nec quisquam fa-

DE NUPERA FEBRIS

4

cile dixerit, quid, ex longa signorum serie, quibus febres stipentur, proximam morbi vim atque naturam maxime contineat, modo revera habeamus unum aliquod in febribus adeo præcipuum ut inde mali fontem repetere liceat. Causa igitur satis patet cur plures medici hodierni de his rebus omnino tacere consultius esse ducunt, quam in tenebris adeo crassis temere versari. Missis itaque omnibus hujusmodi commentis, res tandem eo deducta est, ut, ex iis quæ usus, supremus, ni unicus pene medicinæ magister comprobaverit, certiorem nobis scientiam comparemus.

De iis signis quæ veram febris naturam atque constitutionem maxime designent, permagna quidem apud medicos dissensio est. Nec sane aliam omni fere in medicina quæstionem magis vexatam, subtiliusve disceptatam dixeris, siquidem summi artis professores, clarissimique scriptores, in proprio quodam febris signo exquirendo numquam non solertes occupati, graves de hac re contentiones scriptis mandarunt. Inde præter alias causa haud levis patet quare tanta sint in discrepantia de morbi auxiliis, utpote quibus parum convenit, quid sit, quod curare aggrediantur. Ex hoc quoque fonte imumerabiles istæ partitionum definitionumque

spinæ manavere; quas tamen morborum partitiones definitionesque, haud ita inutiles dixerimus, sed eatenus deductas, ut pro levissima temperamenti habitusve corporis varietate, vel levi quodam alio symptomate suborto, nova protinus celebretur species; quod nostræ arti salutari haud leve damnum attulit, veraque medicina valde aversum. Inde tanta febris continuæ disciplinarum dissimilitudo orta est, ut ille modo poculis meracioribus, stimulantibusque undique conflatis, vires assidue instaurare, jacentesque erigere nitatur; hic, eas, quasi nimias supraque modum effusas, alvi purgationibus, sanguinis missionibus, aliisque id generis auxiliis, coercere, effrænatasque cohibere, sedulo det operam ; ac mox astrorum si aspectus malignior videatur, nova identidem agitabitur discisubtiliusve disceptatam dixeris, siquidem stanilq

Quidnam igitur sit febris, an unum semper et idem, sibi perpetuo constans, suisque finibus fixum determinatumque; sintne plures ejus species, varie variis auctoribus disceptatum. Signa vero cum desiderentur febrem sincere idiopathicam quæ designent, frustraque in his eruendis plurimi operam posuerint, adeo ut quid sit 70 febris ens plane ignoremus, ne mirum cuivis videatur tam multi-

DE NUPERA FEBRIS.

formes ejus species agitari, ignotaque in re multum inter se artis professores dissidere, ut quot medici, tot sententiæ, haud absurde dictum sit. Sua pleuritidi, sua hydropi, suaque morbo attonnito remedia, et, licet aliquando curantes spe destituantur, propria his singulis dicantur præsidia, nullam autem hucusque certam fixamve recepit curationem febris continua : " Cujus autem " rei non est certa notitia, ejus opinio certum re-" perire remedium non potest." *

Cum igitur præ me tulerim hanc quæstionem breviter perstringere, haud abs re foret, si primum viderimus, quod equidem in quæstione esse positum video, an febris, hisce in regionibus, eandem indolem continuo servet, vel forma adeo diversa diversis temporibus incedat, ut unius ævi experientiam ad aliud non temere transtuleris. Sic etenim expeditior in cæteris hujusce commentarioli partibus illustrandis evadet sermo, faciliorque naturæ interpretatio ; fortassis et inde causas erit quoque colligere, tantæ tamque gravis inter medicos de febris continuæ auxiliis discrepantiæ.

morbi, tum ad eventum medendique rationem, ita ut eundem plane morbum; mnutissimis, uti par.

6

Nec veluti in transcursu hoc leviter attingendum ; si etenim febris alia alio tempore deprehendatur, ita ut aliam atque aliam medendi rationem plane exposcat, de ea præcepta universa non posse tradi, cuivis facile patebit; constabit porro eum unice recte curaturum propria qui spectaverit. Qui igitur novam commendent disciplinam, suas ut opiniones defenderent, hanc potissimum in medium posuere sententiam, febrem nimirum continuam nunc dierum grassantem, tum forma, tum specie, ei, a CULLENO FORDYCIOQUE descriptæ vehementer dissidere. Alias enim non satis assequuntur, quare hi auctores gravissimi, sanguinis missionis evacuationem prætermisissent, nisi prorsus dissimilis, ei annis nuper elapsis grassanti, febris species illis extitisset. Nec sane derogat fidem eorum observatis, si novum genus febris novam desideret medicinam. d arroton ni roitibarzo min

Cum igitur hanc quæstionem mecum perpenderem, historiasque permultarum epidemiarum perlegerem, accurate fidelibus naturæ ministris descriptas, subiit sæpe demirari quantus fuerit illarum consensus, tum ad causas progressumque morbi, tum ad eventum medendique rationem, ita ut eundem plane morbum, minutissimis, uti par

erat, variantem, depinxisse viderentur. Qui porro epidemias quæ Hiberniam, altera anno millesimo septingentesimo quarto primo, altera haud ita pridem, anno millesimo octingentesimo decimo octavo, vexaverant, per omnia contulerit (atque peraccurate has video a Doctore HARTY collatas*) facile perspiciet, non ita sibi dissidere febrem, quin idemmorbus jure habeatur. Utrisque caus æ eædem, signa, eventus, sic ut qui librum FORDYCII absolutissimum, intermediæ ætatis scriptoris diligenter evolverit, hominemque pura, illibata febre tentatum viderit, auctoris fidem facile agnoscet, simulque morbi identitatem profitebitur. Facit et étiam pro ista opinione, quod plures medici, qui apud Hibernos medicinam per multos retro annos factitaverint, quo potissimum tempore tantopere sibi dissedisse hoc morbi genus refertur, unum et eundem semper terris incubuisse eum affirmant +. Deficeret dies alia si infinita subjicere testimonia velim, medicorumque auctoritates : hoc vero minime silentio prætereundum, quod, qui

* Vid. HARTY's Historic Sketch, &c. p. 112.

etimes intending, sometimes remitting its force

+ Doctores BARKER, CRAMPTON, CHEYNE, CLARK, alique bene multi, quos nominatim percensere, supervacuum. proxima epidemia sæviente, eamdem, quæ For-DYCIO CULLENOQUE probata erat medicina, secuti sint, ad eamdem sanitatem suos perduxere ægros. Qua autem de re si plura conferre testimonia velit lector, ut librum cui titulus, " BARKER and "CHEYNE on the Fever lately epidemical in Ire-" land," adiret, eum cohortarer *.

Hactenus positis unicum illud adjiciam, quod ROGERS, O'CONNEL, SIMS, aliique qui proxime elapsi seculi epidemias descripsissent, eamdem fere proponunt sententiam +. His addideris Doctoris WELSH testimonium, eoque magis id pro-

ansimulque morbi adentitatem profitebitur. Facit

Videsis quoque HARTY passim.

+ Verba Doctoris ROGERS, utpote apprime ad rem spectantia, de epidemiis apud Hibernos inter annos millesimum septingentesimum octavum, et millesimum septingentesimum tricesimum quartum, grassantibus, hic loci citare liceat, "I may safely venture to affirm, from a series of observations carried on for the space of nearly four-and-twenty years, that no new Epidemic Fever hath shewn itself amongst us during that space: it hath been the same contagion, sometimes intending, sometimes remitting its force; at one time more common, at another less. This same fever hath within that space of time made its appearance three several times in a very signal manner; not that it was du-

DE NUPERA FEBRIS

ponendum putavi, quod de febre hac nostra in urbe ponitur. Isque cum evolveret diaria in Nosocomio Regali Edinensi servata, per multos retro annos, quando et ipse CULLENUS ibidem febre decumbentes curaret, ne hilum febris inter formas id temporis grassantis, et quæ hodie homines affligat, interesse refert. Argumentis itaque parum validis niti videtur ista opinio quæ ponat, tantopere sibi dissidere febrem continuam, ut plane aliquando diversas ac sibi contrarias habeat curationes. Jam vero causæ æstimatio isti opinioni nonnihil refragatur, contagium dico, quod si unum et idem semper sit, uti aliis in morbis qui hanc unicam haberent causam, fieri probe novimus, morbum contagio typhi concitatum sui semper similem fore, æquum est credere.

Alia autem hic interponitur sententia, ea nimirum, quam nonnulli et satis spectati amplectuntur, qui affirmant febrem, cui nomen vulgo Typhus inditum, suo proprio moveri contagio; alias

ring any of the successive intervals entirely extinguished; the fire only lay buried under its embers, to blaze out with more or less violence, just as the concurring causes afforded fuel in such respective proportions."

10

autem febris continuæ species, frigore aliisque id generis causis concitari. Quique in eadem sint sententia, subtiliter disquirunt, signa an ulla observanda sint, inter febrem frigore, aliisve hujuscemodi causis motam, et illam quam contagium concitaverit, discrimen datura. Inter quas vero ne minimum interesse auctor est Doctor E. PER-CEVAL; aliisque bene multis, quibus occasio fuerit amplissima hanc rem investigandi, idem placere video. Contagium, nimirum, modo in causa esse, modo frigus aëraque humidum, modo inediam, cibosque ex prava confectos materie, modo cadaverum putredines, quas omnes quidem causas sine discrimine, vel typhum, vel febriculam, vel synochum ciere posse statuunt.

Præterea ipse CULLENUS, licet alteram febris speciem, Synochum, alteram Typhum dixerit, iisdem plane causis has duas contrahi ponit. Infra citantur Doctoris PERCEVAL verba *, in cujus

and the substant of the second s

* "Those who are most familiar with the aspect of fevers, on a large scale, will be least disposed to subdivide them into genera. The resemblance, or rather the convergency of typhus mitior and synochus, are, at least, as palpable as the same relations between *typhus mitior* and *ty*-

DE NUPERA FEBRIS

sententiam eo magis libentius ire velim, quod dum apud Queensberry House commoratus essem, febricitantiumque historias studiose persequerer, idem frequenti usu edoctus essem. Quæ etenim ex frigore contracta fuisset febris, decursu morbi tandem contagiosa facta, sui similes in aliis concitabat motus. Contagii autem partes qui susceperunt, alias hujus rei explicatum proponunt, id nimirum ubique præsto, non ante in corpore suas

phus gravior. Each of these species commences with some inflammatory diathesis or congestion; each may decline with stupor, subdelirium and death; and the appearances on morbid dissection complete the analogy. They occur besides, indiscriminately in the same family. Among six persons affected with fever, in the same habitation, it is more than probable that a specimen of each form will be exhibited. Neither do the mildest, nor the severest species, propagate merely their own forms, but rather seem to generate each other promiscuously, without any known rule. In truth, the commencement and early stages of each have so many common features of resemblance, as often to elude the discrimination of very experienced observers : at a mature period, indeed, they are discernible; yet, under no circumstances, have they appeared to me to lose their common generic character."

vires exerere, quam frigus, aliaque id genus, quæ nomine causarum prædisponentium venire possint, ejus impetui hominem magis obnoxium reddiderint. Quam parum vero vident, eos quasi pro concesso, rem de qua disceptetur habere. Contagiosos imo morbos productos fuisse in navibus longis diu mare vectis, ex GILBERTI BLANE Equitis Aurati fide liquet. Ipse etiam Doctor BARKER, strenuus sententiæ quæ habeat febrem continuam contagio solummodo moveri patronus, perhibet, ex nonaginta ægrotorum historiis, incerto ordine ut sese obtulerant, fideliter accurateque descriptis, nomina viginti quatuor tantummodo relata esse, quibus in causa contagium fuerat, idque præterea dum febris epidemiæ more grassaretur. Qui superfuere sexaginta sex nulli contagium incusabant, omninoque unde morbum contraxissent se ignorare profitebantur. Duplicem igitur febris continuæ agnoscere liceat originem, vel contagium proprium, vel frigus, humores, aliaque id genus. Omnibus quidem medicis, quibus occasio fuerit hanc rem attentius perscrutandi, circumscripta omni subtiliore ratione, unde morbi contagiosi dicti primas origines traxissent, probata videtur ista doctrina, febris continuæ quæ duplicem

esse originem contendat *. Hæc autem quæstio, quem exitum sit habitura videamus. Quibus etenim persuasum est eandem prorsus febrem frigore et contagio concitari, eos parum interest scire, utrum subdola quædam atque abdita contagii vis semper subesset, ubicunque febris semet ostenderit; nec quoniam contagium sensuum aciem penitus aufugit, ulla certa suppetit via, quæ talem et forsitan satis inanem contentionem unquam ad liquidum perduceret. Si tamen febris quam frigus concitaverit, quatenus ea sensibus obvia est, forma admodum dissimili incedat, hinc plurimum in medicinæ usum conduceret, harum febrium fontes altius repetere, et eam cui pro causa frigus accesserit, ab ea, quam contagic sola concitaverit, accurate secennere. Rem ulterius prosequi plane ineptum foret. slobni idrom sinty org sitey ordes

De causa febris proxima ne verba faciam, satis superque monent conjecturæ prorsus infelices de re adeo incerta hucusque prolatæ. Reputanti tamen istam disciplinam quæ summum morbi præsidium in sanguinis missionibus ponat, et quæ

* Vid. HARTY, Sir J. MACGREGOR, Sir G. BLANE, BACOT, necnon Medico-Chirurgical Transactions, vol. vi. et vii.

nuperis bene multis tantopere arriserit, omnino profecta, vel arctissime conjuncta sit, cum ista sententia, quæ statuat cerebri vel alius cujusvis visceris inflammationem morbi causam continere, recte mihi videor paulo fusius eam pertractare doctrinam, quo facilius de disciplina inde profeeta opinio certa tradi potest.

Hujus itaque sententiæ Doctor CLUTTER-BUCK fortassis jure haberi debet patronus et auctor, siquidem is primum consilia medendi ex cerebri inflammatione deducta in medium protulit. Commune quidem Doctori MILLS cum CLUT-TERBUCKII sententia, inflammationem febris continuæ esse causam; dissentiunt tamen eo quod Doctor MILLS cujusvis visceris inflammationem febrem continuam ciere posse contendit. De cerebro varie pro varia morbi indole nunquam non turbato unus omnium consensus, ponatur igitur id inflammatum, in promptu remedia, nec de medendi consiliis rite instituendis, ullum restabit dubium. Ac licet præfari novi quasi remedii laudes sibi comparatas velle nostri ævi medicos, cum contra antiquorum ævique superioris auctorum scripta evolvendo, idem sæpius institutum videris, toties brevibus intervallis dimissum. Ita rem se habere, ex veterum scriptis apparet, inter quos recenseantur DONKERS, NIGRISOLI, CAX-ANES, ac THURINI.

Argumenta ex dolore capitis obtuso, profundo, rubescentibus oculis, delirio, pulsu frequenti, calore majore, aliisque consuetis febris signis, potissimum desumuntur : queis accedit quod nonnulli signa in cerebro post mortem reclusa, isti opinioni haud levem dare fidem putent. Similitudinem itaque quæ inter delirium ex febre continua, et ex plagis capiti illatis intercedat, hanc veram esse causam potissimum declarare arbitrantur. Verum enimvero phreneticorum, atque febre delirantium dissimilis prorsus desipientia, cum causis, tum specie dispar. Phrenitide tentati, pertinaci vigilia desipiunt, pulsu etiamnum forti validoque, qui autem febre sub idiopathica continua delirium quasi phreniticum habeant, modo delirant, modo sapiunt, noctuque licet multum nugarum garriant, sub primis auroris mox resipiscunt, et interdiu ut plurimum mentis compotes iterum fiunt. Quodsi graviore homo vexatus delirio, parum mentis compos diem agat, inclinato in vesperem die mox ingravescunt omnia, matutino tempore iterum minuenda, sie ut quasi stadia certa determinata-

16

que videantur absolvere ipsæ ægri delirationes. Quam aliter res se habeat, in phrenitide, ab manifesta inflammatione oriunda, neminem latet. Melius porro de morbi eventu præsagire solemus, de media nocte, cum derepente obortum fuerit delirium. Narrantur præterea, qui primis momentis tum febris intermittentis, tum continuæ, maxime, si quando ingruente continua, aura halitibus venenatis gravior afflavisset, delirantes immaniter debacchati sint. Requirere igitur lubet, noetu cum deliret æger, interdiu plane ad se redeat, quî inflammatio sit causæ delirio, quod tali intercapedine fruatur; qui tandem momento horæ delirium concitatum ex cerebri vasis inflammatis pendere possit. Adde quod, si phrenitis exquisita sanguinis detractioni non statim cedat, brevi morbi atrocitate consumptus homo e medio rapitur : in altera autem, quam febris continua fecerit, sæpius fit, ut absque inflammationis propriis auxiliis resipiscat æger, somnusque, qui ut salutaris ita et lenis obrepens, felicem morbo exitum afferat. Reclamat porro apyrexia, quame adeo exquisitam præ se ferunt febres intermittentes; nec ullam afferunt rationem ejusmodi sententiæ fautores, quare inflammatio definitis tem-

17

poribus subito accedat, suoque tandem cursu absoluto finiatur, definitis postea intervallis redintegranda. Quod quidem morbi genus proxime ad febris continuæ formam naturamque accedit, adeo ut quidam sibi persuaserint, febris continua non aliud sit, quam febris intermittentis paroxysmi, sic ordinati, ut nullum spatium a pyrexia vacuum relinquerent.

Multa insuper jam inde a febris principio observata, ab vera inflammatione prorsus aliena sunt, dum genus nervosum magnopere opprimi haud obscure innuant. Huc plane spectant, vires corporis, sæpe quasi puncto temporis, subito resolutæ, sensus omnes fere hebescentes, et mens pigra a lege sana multum aberrans. Nec minus ad hoc pertinet quod contagium potissimum iis infestum sit, quorum corpora invalida, et vires nervorum imbecilles atque fractæ, impetum ejus minus sustinere valeant. Quidam etiam summo corporis robore pollentes, momento temporis, quasi de cœlo tacti, lachrymabundi et meticulosi vires penitus dejectas plorant. Cujus quidem rei auctorem gravem habemus, JACOBUM MACGREGOR, Equitem Auratum: multos ille refert robustos milites, dum apud Celtiberos stipendia facerent,

febre maligna ibidem sæviente, in primis ejus accessionibus adeo enervatos fuisse, ut muliebriter in lachrymas solverentur *.

Persæpe quidem cum plures gravi detenti febre, in nosocomium ad " Queensberry House" recepti essent, famulæ quæ iis ministrabant, tunc potissimum se male habere conquerebantur. Impotentes ad munia obeunda factæ, capitis vertiginem, genua labantia, appetitumque ciborum penitus dejectam, incusabant ; sensim abitura, maxime dum leni sub dio deambulatione usæ sint. Quod et ipse dum hisce ægris interessem, non semel expertus sum. Porro iniquior contagii febrilis aura, ut primum quosdam afflaverit, statim sæpe efficit, ut vires nervorum penitus collapsæ, extemplo corruant. Nota præterea res est, multos recentiore memoria proximæ epidemiæ, præsensionibus infaustis morbi occupatos, diesque noctesque hisce cogitationibus pessime inhærentes, ne illos cadem impeteret ; mox autem illa correptos, valetudinemque quasi desperantes, eo graviore morbo esse detentos, et tandem misere obisse. Quanti quidem refert, ægri præsensiones, animique affectus probe

* Vid. Medico-Chirurgical Transactions, vol. vi.

intellexisse, ægri historia, quem curabam, mox proponenda docebit. Is morbum ex unico filio, id temporis febre afflicto, conceperat. Bene se habebat die decimo, item undecimo: interea temporis filius fatis concessit. Amicis itaque cognatisque, quantum periculi instaret prædicabam, parentem si filium mortuum commonefacerent; die duodecimo omnia pro votis cedebant; die autem decimo tertio, nescio quis male sedulus parenti insusurravit auribus filium e vivis excessisse. Mox omnia, uti ante conjeceram, in pejus ruebant, frustra stimulantia propinata, brevique inde ab tristi isto nuntio relato, miser parens fatis et quoque concessit. Quæ quidem supra enarrata omnia, genus nervosum potius quam sanguiferum esse in culpa perspicue testantur.

Et hæc erant fere quæ de signis in homine dum viveret dicenda putaremus, quo melius quid veri probabilisve nova haberet doctrina colligere possemus; restat, ut, si quid cadavera incisa revelaverint, indicetur. Quo ex fonte, ni fallor, certissimæ veræ inflammationis notæ desumi queant, puta membrana inflammata, lympha effusa, aliaque id genus. Quid igitur nos docent eadavera typho peremptorum incisa, an vel ipsius

cerebri, meningumve vasa ita sanguine rubro replentur, ut vel levissimam inflammationis speciem præbeant. Lubet itaque proponere, quid de hac re Doctor MACKARTNEY, et Dominus KIR-BY, apud Eblanenses professores anatomiæ peritissimi, statuerint, eoque pluris eorum sententias habeo, quod nuper dum febris pestilens Hiberniam devastaret, amplissima his cadaverum vis suppeteret. Adde quod, opiniones suas haud in medium proferunt, quo ullius doctrinæ partes tueantur, sed ut medicis arte versatissimis apud Eblanenses satisfacerent, quid in cadaveribus incidendis vidissent, anxie requirentibus. Quæ vero ab eorum sectionibus patefacta fuere, quam maxime a veræ inflammationis natura dissident. Nullibi nimirum cerebri arteriolæ solito crebriores. rubrove sanguine turgentes, neque e meningum vasis lympha secreta, quod utique, si quid aliud, vera inflammatio subfuerit necne, maxime declarat; interdum autem major vis sanguinis in venis coacervata, (congestio, quibusdam medicis dicitur,) serumque quandoque in cerebri cavis exudatum, sed perpaululum. Præterea, si morbi decursu pleuritis intervenisset, ut iidem monent, inciso cadavere, signa tum veræ inflammationis in con-

DE NUPERA FEBRIS

spectum se dederunt. His accedit, quod Dominus KIRBY multum secum sæpius agitasset, quid esset cur tam multi de medio raperentur, adeo nulla indicia usquam semet obtulerunt, quæ mortis causam redderent. Ti θ_{elov} , uti SYDENHAMUS summus olim dicebat, quod cultrum anatomicum prorsus aufugiat, huic morbo inesse inde liquet *. Ipsimet equidem sæpius contigit animadvertere, quod incisa cadavera eorum quos febris abstulisset, nunquam mortis causam recluderent, licet et antea atrocissima prægressa sint signa, et etiam ea, quæ partis vitium pro causa maxime agnoscere dicantur.

Serum autem effusum sunt qui putent, non aliud posse indicare quam inflammationem prægressam. Sed falsum sentire videntur, siquidem ex cadaveribus innumeris incisis, sæpius hæcce effusio observata est, quin minima cerebri laborantis suspicio subesset, uti in iis, morbis longis, puta tabe pulmonum, aliisque hujuscemodi, consumptis. Id quod ab aliis animadversum, dum mor-

* Vid. THOMÆ SYDENHAM, Op. Universa. Lugdun. Batav. p. 490. tuorum cerebra perscrutarer, videndi mihi crebro obtulit facultas.

Quod ad inflammationes attinet, morbi decursu intervenientes, dissimile quid illorum opinioni ponit Doctor BATEMAN; magis nimirum eas ad formam congestionis venosæ quam inflammationem spectare : et multa sane suadent ut in ejus sententiam eamus. En verba ejus : "With the exception of the phrenitic affection, these inflammations appear to partake more of venous congestion than those which attack the same organs unaccompanied by typhoid fever. This, at least, appears to be deducible, from the appearances of the lungs after death, occasioned by pneumonia conjoined with this disease. In all the cases of this kind which I have examined by dissection, instead of suppuration, a dark liver-like structure was observed in the parts affected, together with some slight adhesions of the place *." Quæ de inflammatione, causa quæ proxime faceret febrem continuam, dixisse suffecerit, nec est his præterea quod addamus. Quæ etenim contra cerebrum inflammatione tentatum, febris continuæ

* Vid. BATEMAN on Contagious Fever, p. 130.

DE NUPERA FEBRIS

in causa, jam scripta sunt, eadem fere contra quodvis aliud viscus simili modo tentatum cadunt.

Superest ut eorum placita expendamus, qui sanguinis missionem in febris auxilium advocaverunt. Inprimis autem attentionem animi jure sibi vindicat sententia celeberrimi FORDYCH, qui de febris medicina verba habens, asserit, sanguinem cui isto malo laboranti missum adeo non præsidio esse, plerumque vero damno, et sæpe quidem hominem præcipitare *. Eoque magis FORDYCH auctoritatem usurpo, ut qui per triginta plus annorum spatium, totum animum febrium disciplinæ intendisset, isque, acerrimus naturæ investigator, opus absolutissimum, si quod

ars sulutaris sibi sua recent incremento, si sen

* " If the disease which the author has endeavoured to define be only meant, the taking of blood from any large vein, in any part of the body indiscriminately, never diminished, shortened, nor carried off, a fever in any case he has seen, nor has he found any on record in which it had this effect. Taking away blood from the arm, or any large vein, neither increases nor diminishes a fever, nor alters its course, as far as he hath seen."—Gravissima quidem sententia, summoque illo philosopho vere digna.—Fordvcc on Fever.

aliud, in illarum natura explicanda illustrandaque excellens, edidisset. Cujus quidem præceptis hodierna febris continuæ medicina vehementer dissidet, et proinde summi viri fides auctoritasque jacent. Si tamen ulla medicinæ, vel medicorum observatis fides, si contra mala quibus genus hominum obnoxium sit, præsidia quædam longo rerum usu comprobata fuere, nemo est tam rudis atque imperitus, quin probe intelligat, quanta strenuis hujus scientiæ cultoribus merito debeatur laus, quanta cum reverentia hos medicinæ fontes accedere debemus, quantaque cautela opus sit, ne, novandi nimis cupidi, temere a majorum vestigiis recedamus. Quorsum porro experientia rerumque usus utilis, per quæ maxime hæc nostra ars salutaris sibi sua recepit incrementa, si sententiæ et opiniones quas summi et clarissimi medicinæ professores amplexi sint, e medio plane ejici debent. Perpendat, rogitem, quotusquisque novam maxime comprobet disciplinam, auctoritatum momenta, quanta CULLENI, FORDYCII, aliorumque permultorum nomina habeant, attentamque horum scriptis præbeat aurem, jam forsan nimis neotericorum placitis facilem commodamque. Ac demum, hæc velim secum reputet.

an et illorum, qui proxime ab nobis summo ingeniorum lumine hanc salutarem artem excoluissent, judicia, opiniones, præceptaque, ne hili facienda; an, ut dies truditur die, novæ pergunt interire doctrinæ; an denique febris scientia, tam multis altissimisque ingeniis illustrata, frustra omnino sit exculta, scholarum somnia et præterea nihil.

Ipse quidem FORDYCIUS totam morbi indolem probe perspexisse, ac multa quæ pro novis hodie afferuntur, animo ante concepisse, dilucideque explicuisse, videtur. Sanguinis evacuationem in hoc morbo ab eo non probari jam monuimus; nec temere est quod mox dicat : " The further debility arising from emptying the vessels by taking away a quantity of blood, is often such as to destroy the patient in the remaining part of the disease. Patients, in consequence, have been very often cut off when blood has been taken indiscriminately from any large vein at the beginning of the disease, as the author has seen in a great many cases." Et eum multi sint nuperi qui eandem fere sententiam amplexi sunt, liceat eorum experientiam in medium proponere, quo melius de medicina rite instituenda

aliquid certi statuamus. Multi quoque sunt hanc medendi rationem secuti, absque ullo morbi levamento *. Nonnulli etiam ex Hibernicis medicis, non modo non prodesse id statuunt, sed semper esse nocumento, hominem præcipitem dare, citiusque quam aliter evenire solet, eum de vivis rapi; morbi nimirum deturbando tenorem, et ejusmodi evacuationibus corpus febris impetui omnino impar reddendo. Sic olim declarabat DONKERUS, qui prius sanguinis missionem commendasset, idemque summus in febribus depingendis magis-

* Qua de re hæc ponit Doctor STOKER: " I have frequently observed how insidious this seeming relief from bloodletting is, in the commencement of our common fevers, both where I have been necessarily compelled to employ it, either for local inflammation or apoplectic threatenings, which co-existed, or when I supposed that remedy was fully indicated by the symptoms of excessive excitement; the succeeding crisis being imperfect, prostration of strength coming on more rapidly, and recovery being more protracted; or death taking place more suddenly, or without those struggles by which it is generally opposed, or those symptoms which usually harbinger that event in the ordinary course of fatal cases of fever."—Dublin Transactions, vol. ii. p. 460.

DE NUPERA FEBRIS

ter haud ita pridem statuit FORDYCIUS *. Quapropter is etiam ipse PRINGLE affirmat, eos, quibus circa initia abunde semel vel bis sanguis missus fuisset, secundum febris stadium prætervectos esse, et qui modo tantumdem leviter affligerentur, mox pulsu fatiscente delirantes evasisse. Doctor PERCEVAL quoque sanguinis mittendi sub febre continua patronus, asserit, cum delirium instaret ferox, oculis rubescentibus, se nullum dubium hæsisse, quin incisa vena, protinus sanguinem detraheret : subjungit autem :----" The subjects of this disorder, even in its first stage, sunk

* Cujus verba hic loci sunt proferenda, eoque magis, cum ex libro ejus nimis raptim forsan perlecto, eum in numero eorum recensuit Doctor WELSH, qui hoc auxilii genus maxime concelebrassent :—" Cum e contra quam plurimos quibus ipse medicinam feci, posthabita v. s. multo tutius, citius, et jucundius restitutos viderim, quam quibus citra rationem et ex sola consuetudine vena secta erat, quorum certe multi obiere, imprimis illi quibus, præterea omni interdicto vino, fere nil nisi refrigerantia concessa et præcepta fuerant; cæteri ad minimum quinque, sex, septem et plures septimanas decubuere, tandemque lecto erepentes, tardissime veteres recuperarunt vires, diu in recidivam proclives."—Donkers's Idea Febris Petechialis, p. 357.

so rapidly under large bleedings, that much discernment is required to adjust the measure of this evacuation." Ac de eadem disciplina, PERCE-VALIO non minor LIEUTAUD disserens, cum per universam fere Galliarum regionem celebraretur. hæc refert: "Sed non nisi summa cautela iterari debet, compluries nobis observasse contigit, quod ab illis (sanguinis missionibus) repetitis, morbus truculentior evadat, imo fatum acceleratur." Nec enim ignorari debet, quod nostra in urbe, sub febre gravi, ardente, omni modo ei a CULLENO descripto simili, synochique nomine comprehenso, pulsu simul valido, forti, sæpius contigit, ut sanguine misso, ante animo linqueretur homo, quam sex vel octo sanguinis unciæ efcorum recensuit Doctor WELSH. qui noc multi, Inseine

Haud alienum erit, si quod O'CONNEL de febre apud Hibernos septuaginta fere abhinc annis grassante, statuit, hic loci proposuerim : is etiam sanguinis missionem utile remedium commendasset, morbumque vere inflammatorium habuisset : "Quamvis enim febrem hanc genii esse inflammatorii minime dubitarem ; repetita tamen edoctus experientia, pro certo habeo, iteratam sæpius phlebotomiam, a quibusdam frigidi nimium regi-

minis patronis eo nomine institutam, ut massæ sanguineæ scilicet inflammatio, hujusce febris, ut aiunt, causa unica tollatur, haud adeo feliciter cessisse." Ac mox de delirio feroci, quasi vere phrenetico, hæc ponit : " Pauperes etiam eadem febre decumbentes, phrenitici facti, aquæ communis liberaliori potu, absque vel minimo regiminis aut remediorum apparatu, a phrenitide et febre liberati frequentes evaserunt." Ipso igitur O'Con-NEL teste, qui primo sanguinis missiones celebraverat, frustra id auxilii genus usurpatum esse ad delirium refrænandum videtur, adeoque inflammatione vera vehementer eam febrem dissidere, cum permulti, absque cujusvis remedii auxilio, evaserint, naturæ beneficio unice servati. Exempla porro ubique præsto sunt, in quibus, tum medicorum, tum medicamentorum auxiliis pariter destituti, ægri nihilominus probe convaluerint *.

* Subjiciendum recte hic videtur excerptum ex historiis proximæ apud Hibernos epidemiæ :--- " Even under the most unfavourable circumstances of hospital accommodation, and under very opposite modes of treatment, during the last eight or nine months, the patients almost all recovered. The hospital of Hacketstown was an earthen-floored room in a waste house, from 16 to 18 feet square, unventilated save

Incitationem corporis sæpius sub morbi initiis observatam coercere cum multis in consilio sit, rectene an perperam hunc in finem adhiberi debet sanguinis missio, proxime venit ut paululum dispiciamus. Nec desunt multa quæ saudeant CUL-LENI sententiam non vehementer a vero abludere, pulsum nempe frequentem, calorem majorem, cæteraque ad initia incitati corporis signa, eo consilio instituta esse, quo sibi suam propugnaret salutem corpus. Ita quidem se habere, supra quod de sanguine nimis effuse circa initia detracto positum est, innuere videtur; alias enim non est assequi, qui tam multi evaserint, quando hæc maxime semet prodiderint; contra, valde pestiferum morbi genus febrem continuam incedere, si

capia porto ubique prasta ande, in quibus, tum

by the door, chimney, and a hole in the thatch; that I could not count the patients, who, twenty-seven in number, lay on straw spread on the floor, generally two under a blanket, and so crowded, that there was no perceptible space between them. Yet out of 200 fever patients, who had been in this hospital within a few months, not one had died; and, notwithstanding the extreme poverty of the inhabitants, and the want of every comfort but fuel, not more than five or six persons had died of fever in that parish during a period of six months."—Vid. BARKER and CHEYNE, vol. ii. p. 140.

ADE NUPERA FEBRISOO

quando vel pulsus parum citetur, vel, licet frequens, valde debilis micet, vel et etiam calor haud naturæ modum exsuperet, uti sub febre, Typho dicta, fieri quisquis noverit.

Jam vero quanti sit calorem recte æstimare docet Doctor CHEYNE, siquidem ex quadras ginta febre tentatis, in quibus calor corporis grave dum centesimum quartum FAHRENHEITIE CESH cederet, unus tantum periret ; ex centum autemp et viginti septem, in quibus variaret ab centeri simo ad centesimum usque quartum gradumo quinque raperentur; zac demum ex octogintas tribus, quibus nusquam supra gradum centesimum liquor thermometri steterit, septem tolleren. tur, Sic ut, in prima classe ratio funerum esset unus ex quadraginta; in secunda, unus ex vigintin quinque; in tertia autem, unus ex) duodecimes Adeo apparet calorem præter modum adauctumb in valetudinem potius cedere; declarat etenim vi+9 res adhuc vigentes, quas ad opprimendas morbi vis non valeat. Cui quidem mire convenit, quod juniores rarius quam seniores febre continua op." primantur, etbin his cam rationem quammado I postimus, lealorem servare.bei Citatum igitur cordis motum, caloremque auctum, olim sub nomine

virium naturæ medicatricium comprehensa, corporis integritatem nos potissimum indicare ponimus, viriumque simul abunde esse, morbi insultibus ferendo.

Quibus expositis, non recte cumulateve hanc rem expedisse videremur, ni mortuorum numerum subjunxerimus, ut, subductis calculis, in diversis nosocomiorum diariis leguntur. Ex tabulis itaque evulgatis, de funerum ratione apud febrientes in Valetudinarium ad "*Waterford*" receptos, quisque vicesimus quartus perisse refertur. Trium annorum spatio ibidem, sex fere hominum millia curabat Doctor BRACKEN, quorum nulli refert se venam secandam præcepisse, ac aliquid mali, ex isto auxilii genere posthabito, se umquam percepisse negat. Idem fere dicit * Doctor MURRAY, qui ad vicum "Cavan" dictum, durante proxima epidemia, medicinam factitabat. Doctor STOKER etiam, cui probata erat ista sententia, quæ sta-

* Opinionem suam de sanguinis missione sic proponit : " Bleeding did not form a part of our general practice, and I verily believe that none of our patients died for want of it; three of those who died of fever (uncomplicated) had been bled before admission."

res adduc vigentes, quas ad onur

DE NUPERA FEBRIS

tuat febrem esse morbum, sub qua vires ab initio vere deprimantur, ac proinde qui sanguinis evacuationem pro febris continuæ præsidio non habuit, ex quater centum et septuaginta quos curabat, quatuor tantummodo febre consumptos refert, sic ut in his funerum ratio esset unus ex centum et tredecim. Misit certe quibusdam ex his sanguinem, sed parce, et hoc tantum nomine, quod dolor quidam symptomaticus, inflammationis veræ æmulus, intervenisset. Quibus recte Doctoris O'BRIEN testimonium adjeceris, qui cum dicat in febre continua se minime de sanguine modice mittendo hærere, moderatius tamen suam exponens sententiam, ca, qua decet, integritate, virum, unice, quid utile, quid non, requirentem, hæc subjungit : " So many cases daily occur in which patients, under very desperate circumstances, fully as desperate as those of the fatal cases detailed in the report above mentioned, recover by a palliative and cordial treatment alone, assisting nature in the struggle; that the physician who takes thirty or forty ounces of blood at an advanced stage of the disease, and then loses his patient, certainly deprives himself of the consoling conviction of having done no harm, a consolation not

to be counterbalanced by the success of a hazardtio vere deprimantur, ac proind traminaqxa zuo Male quidem hic loci prætermitteretur ratio mortuorum apud eos, qui in Valetudinarium "Cork Street, Dublin," recepti essent, auctore Doctore MILLS, evulgata; et ille primus apud Hibernos sanguinis missionem sub febribus continuis in usum vocasse refertur. Is etenim dicit, regimine antiphlogistico adhibito, unum tantumdem e viginti quinque perisse; aliis vero curantibus medicis, in eodem nosocomio, per octo retro annos, unum ex undecim fatis cessisse. In hisce autem rationibus statuendis, quantum ipse erraverit, documenta in nosocomio servata plane declarant, quandoquidem ex his fideliter exscriptis, constat, dum hic, medicinam ibidem faceret, in ægrotis quos curaret, rationem funerum fuisse unum ex undecim; in iis autem qui aliorum curæ demandati fuissent, sub codem temporis intervallo, unum ex duodecim. Adeo apparet, calculis rite subductis, optime his rem cessisse, qui sanguinis bevacuationem posthabuissent. Nec omittendum est, est, repetitis sed parvis sanguinis evacuationibus, curationem illi imprimis institutam fuisviction of having done no harm, a consolation not se, uti jam hodie illis potissimum placet, sanguinis missiones in febre continua commendantibus. Permultorum aliorum medicorum auctoritates in medium proponere supervacaneum mihi videtur, siquidem ex jam supra positis satis liquere crediderim, eoque magis cum ex infinito pene ægrotantium numero hæ opiniones deducuntur, alienum videri hoc auxilii genus, febre sub simplici continua.

De sanguinis porro missionibus disserens Doetor HAGAN, hæc refert : mense sextili, anno millesimo octingentesimo decimo tertio, se centum et quatuor curasse, quorum quatuor fatis cedebant ; ex centum vero curatis duobus tantumdem venam resolutam fuisse ; curiosius autem subjungit : "I am disposed to think, that nine-tenths of the ninety-eight cured without being bled, might have lost a few ounces of blood without injury, but how unfairly should I have referred their recoveries to bloodletting *."

AGAN, M. D. ORL O VIRAH ODV

medicinæ quæ sanguinis missiones in febricitantium auxilium advocet, quasi parens atque auctor habetur, et cui regiminis antiphlogistici laudes merito debentur, hæc de hoc auxilii genere habet, quo quid potest dici gravius, nescio : " Hujusce autem praxeos utilitatem etsi non mente tantum ac judicio asseguor, verum etiam reipsa atque editis experimentis dudum exploravi, tamen pestilentis fermenti per diaphoresim dissipatio, præ ejusdem per venæsectionem evacuatione, mihi multis nominibus arridet; utpote quæ nec ægrorum vires æque prosternat nec medicum infamiæ periculo objiciat." Quam circumspecto igitur judicio, de ista disciplina statuendum sit, cum summus ille vir adeo dubitans, hæsitans, et adversa rependens, suam opinionem proposuerit, quis non of the ninety-eight cured without beingtighia, Doctor HARTY * quoque, collatis epidemiis annorum millesimi septingentesimi quarti primi, et octingentesimi decimi octavi, recte hæc colligit, licet multos ex Orci faucibus lanceola et vinum eripuissent, quamplurimos, absque quovis præsidii genere, integros evasisse. Ex quo liquet suum of Recovery in Cork Street, for the year 1813, by Gronos * Vide HARTY, p. 189. C M MADAH

corpori insitum vigorem, nociva quo depellat, tueaturque se incolume, in febribus continuis præ aliis morbis, maxime eminere. abooni lumis buils Nec est ubique febris cum totius corporis sit morbus, ita et indesinenter cursum teneat suum. sincera, simplex, aliis id temporis fugatis vitiis, quin, quod et aliis sub morbis fit, nova aliquando accedant symptomata, alterum quæ simul subesse vitium indicent, primis vel fortassis ab initiis urgeant eadem fatigentque. Inde intelligi est, speciem seu formam febris immutatum iri. Inflammatio fere morbus est qui febri semet comitem adjungit. Quam febri idiopathicæ intervenientem, sua itidemque medicina sublatam, febrem ipsam, sive morbum primarium subinde si+ mul tollere, auctor est FORDYCIUS. Nec desunt argumenta, cur credamus istam febris speciem, adjunctum que habeat balind quoddam vitium, minus pestiferam esse quam quæ nullum. Ita se rem habere magis crediderim, modo febris, morbique alterius rationem habeamus, quatenus per se singuli perniciosi. Gravissimum etenim id febris genus, dolorem quod nullum symptomaticum exhibet, contra, quo magis quivis dolor ad veram inflammationis naturam pertineat, co la-

tior expectandus eventus. Declarat etenim non adeo totis corporibus inhærere febrem, quin et aliud simul incedere vitium ferat. Quod ita se habere, gravissimo est argumento, hosce dolores symptomaticos, morbo jam ad azune evecto omnino silere, quando homo ut plurimum delirus fit, mox autem, ipso sui conscio, rursus fatigare. -d Facit etiam pro nostra opinione, quod qui montana incolunt, ventis acrius spirantibus, Euro, Aquilonibusque potissimum obnoxia, rari febre idiopathica affliguntur. His nimirum inflammationes magis familiares, ac si qui in febrem continuam inciderint, loca humiliora incolere videntur. Quinetiam ista febris continuæ specie maxime detinentur, quæ inflammationem adjunctam habeat. Forsan et inde elucet causa, cur non adeo nociva nostra in urbe, nostroque sub cœlo, ista nupera disciplina instituta sit bo Ipse quidem epidemiæ cursus, si quando per terras gradiverit, lentius tardiusque in locis jam dictis serpit. Quod iterum iterumque aliis sub epidemiis observatum, sæviente proxima, perquam notabile erat. Hoc et aliud quisquis noverit, sæpius brumalis frigoris accessu, misertimam pestem mediam abruptum iri; quod satis superque demonstrat quantam vim in febres frigus exserat, simulque ostendit tunc frequentes gliscere inflammationes, febris cum sileat continua, et rursus quod anni tempus febribus infame sit, inflammationibus vacet. Quæ igitur cum ostendant istam cœli constitutionem febrium ortui obesse, quæ eadem inflammationibus maxime opportuna sit, haud levi argumento est, hosce ab se invicem morbos, tum causa, tum disciplina, valde dissimiles esse *.

Porro, inflammationes quæ in febris decursu subortæ, atque simplices, non perinde eandem præ se naturam ferunt. Ad formam enim congestionis venosæ propius accedunt, uti ex supra positis patet. Larga denique sanguinis evacuatio quæ his simplicibus apprime convenit, hominem febre continua decumbentem, iisdemque tentatum, in summum vitæ discrimen ageret. Ac recte hie Doctoris GRATTAN subnectere verba videor, qui, amplissimo rerum usu edoctus, hanc omnem rem dilucide enucleateque expedivit : " Between ordinary pneumonia, and pneumonia accompanied with contagious fever, a great difference is to be

* Vide BARKER and CHEVNE, First Report of the Central Board of Health, Dublin.—HARTY, SIMS, &c.

40

observed. In idiopathic pneumonia, bloodletting may be pushed to a considerable extent, and perhaps it is sometimes necessary that the bleedings should not only be copious, but frequently repeated. But in pneumonia attended with contagious fever, a single copious venesection would most probably produce rapid effusion in the chest, or cause the accompanying fever to change from the inflammatory or bilious type, to that of a putrid and malignant form *."

De sanguinis mittendi ratione, si quando febre tentatus inflammatione simul laboraverit, supra dietum; superest ut eam speciem febris proponamus, sub qua recte sanguinem mitti video auctorem esse LOMMIUM. Is primus, quod sciam, has vires in febre oppressas indigitavit, quod FORDYCIUM et ARMSTRONGIUM, eandem insistentes viam, latuisse videtur, cum de auctoris hujus politissimi observatis nullam mentionem fecerint. Verba ejus sic se habent †: " Oppressas nimirum intelligo eas, quæ propter adfluentiam humorum complurium calore atque pu-

* Vide BARKER and CHEVNE, First Report of the Cen-

- * Vide Dublin Transactions, vol. i. p. 1475. broad lart
- + Vide LOMMII Tractat. de Febribus, p. 21.

DE NUPERA FEBRIS

tredine nimis effervescentium, vel periculoso impetu partem aliquam impetentium vel occupantium, momentaneam, veluti ab onere molesto gravatæ speciem imbecillitatis falsam præbent. In eo autem rei statu nisi detractione vires mature subleventur, in multo versantur periculo." Ingruente nimirum febre, minuuntur tum animi tum corporis vires, hebet illius acies, lassum, debile fractumque jacet hoc. Quam febris conditionem duæ causæ efficere queant, vel ipsa vis morbi enervans debilitansque, vel, quod LOMMIO placet, impar sanguinis circumeuntis oneri ferendo fit corpus, et homo nimiis quasi suis viribus obrutus, febris impetui magis obnoxius fit. Vires oppressas vocant, unicumque ad remedium sanguinis missionem momento decurritur; quem tum commodissime mitti, auctor est ipse Lom-MIUS, quique eum secuti sunt FORDYCIUS et ARMSTRONGIUS.

Nos igitur, uti decet, quid verum, quid non, unice investigantes, istam scholam potissimum secuti sumus, cui quasi patronus ac dux CULLE-NUS præest. Nec sane summi hujus viri sententiæ adeo addicti sumus, ut in ejus verba semper

jurare necesse habeamus ; ostendere tamen conati sumus, hodiernam medicorum experientiam nulla firma adhuc attulisse documenta, cur a veterum monumentis tantum deflexi, sententiam de Febrium natura et curatione jam pridem receptam abrogaremus : fallor etenim, ni sua CULLE-NO, sua FORDYCIO, semper constiterit auctoritas.

tum corporis vires, hebet illius acies, lassum, debile fractumque jacet hoc. Quam febris conditionem duæ causæ efficere queant, vel ipsa vis morbi enervans debilitansaye, vel, quod Louwro placet, impar sanguinis eireumeuntis oneri ferendo fit corpus, et homo ninifis quasi suis viribus obrutus, febris impetui magis obnaxius fit Vires oppressas vocant, unicumque ad remedium sanguinis missionem momento decurritur; quem tum commodissime mitti, auctor est ipse Lou-MIUS, quique eum secuti sunt Fordurerus et Arivstruovaus

Nos igitur, uti decet, quid verum, quid non, unice investigantes, istam scholam potissimum secuti sumus, cui quasi patronus ac dux CULLEvus preest. Nec sane summi hujus viri sententue adeo addicti sumus, ut in ejus verba semper

MUDACION MEDIACOM

LANGURALE

rare meresse habeamins; estendere tanien consit, musi hedianum medicer in experientiam mul-

STRICTURIS IN INTESTINO RECTO:

сbrien untura et сопстене: нан прифета тесерна аbrocaremae : Табот винио изизие. ка авгосателие : Табот соптие.

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIE EDINBURGENE PREFECTI

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSE, 27 NOBILISSIME FACULTATIS MEDICE DECRETO ;

ydzo Gzadu Doctozis,

NUMBINGUE IN MEDICINA HONORINGS AC PRIVILECITS

REPORTONOM PERSONAL SUBJECTS

JACOBUS LEE BRODBELT.

Cr Insula Namaica, monar, and, unn adim voctur.

IV NON. AUGUSTI, HORA LOCOQUE SOLITIS

Rdidi ques potui, non ut volui, sed ut me temporis angustize co-

EDINBURGI: EXCEDERAT F. NELLE.

MDCCCXXIV.

